

Georg Amsel

**Tripudium Non Tripudiatum In Nupt. Excellentiss. Paris Dn. Joan-Georgii  
Gutzmeri, U.I.D. Et Agnetae Sophiae Willebrandiae Rostochii VII. Ogtob. Anno M.  
DC. LXXIII. Celebr.**

Gustrovii: Typis Scheipelianis, 1673

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777525976>

Druck Freier  Zugang



TRIPUDIUM  
NON TRIPUDIATUM  
IN NUPT.

EXCELLENTISS. PARIS

DN. JOAN-GEORGII

GUTZMERI, U. J. D.,

ET

AGNETÆ SOPHIÆ

WILLEBRANDIÆ

ROSTOCHII VII. OGTOB. ANNO

M. DC. LXXIII. CELEBR.



---

GUSTROVII, Typis SCHEPelianis.



**G**Loriosè **T**ripudiabat **B**acchabaturqve **V**itilitigator infid-  
 lentissimus, velut opimis spoliis è bello grammatico redux, dum  
 vidua viduo nubebat nuper; Iò nunc contrà Tripudia! Iò sal-  
 tus sublimes, & quidquid in sanctæ virginitalis famam be-  
 nignius Numen invenit, Iò nunc omnia novellis Conjugibus tri-  
 umphantibus! Neqve tamen aut me Tripudiatum saltatumve,  
 aut posse hoc, credideris, GUTZMERE Nobilissime; quippe non  
 profiteor me talem, qui ad lyræ tympaniq; ac tiliarum numeros  
 attemperare testudineos incessus mimicâ quadam gravitate sciam,  
 nec scivisse me forsân coercere hunc iu modum & grandire gradûs  
 saltatæ antehac à me saltatæ protestabuntur ullæ; Imò verò, quan-  
 tumvis per te, Clarissime Neogame, licuerit, nunc non adeò ad-  
 lubescit, Certè enim, si opulentissimi quiq; homines saltatores, ce-  
 teroqvi illaudabili apud Romanos nomine, tam exsilire exultanter  
 in non salientes satagunt, ut publico scripto Tripudiamus ho-  
 die & saltamus clamitent, eccur ego humili socco incultus &  
 divitiarum exors, (qualiter nescio quis me, tam cothurnatus & nu-  
 matus Stentor enuntiat) non adhibitis unquam in consilium & insa-  
 lutatis saltatoribus, tam temerariâ traherer voluptate prodeundi in  
 scenam sine schemate, saliendi sine sale, Tripudiandi sine tributo,  
 atq; ita saltum facerem contra naturam, pedibusq; me meis inexer-  
 citis atq; incompositis prostituerem? dum titulum hæcenus saltan-  
 tium Tripudiantiumve non merui nec desideravi mereri, semperq;  
 inhorruì ad deliritates, & nunc etiam horresco referens, nec rebus  
 in ingloriis gloriolam quæro: Et quid Tripudiatore trepido in amœ-  
 nius, cui, non interpositis mille basiationibus & saviationibus mille,  
 non intrepidè perstant atq; affiliunt saltatrices puellulæ, adeoq; in-  
 geminandum sæpius.

Me mea deseruit!

Atat! Poëtam me præfiscine memini, qui solutâ quidem voce, sed  
 pede ligato, succedere in occursum tuum debebam, nisi inducias se-  
 mel pactus cum Musis meis sacramento essem, inq; modulationibus  
 modum recepissem aliquandiu & silentium. Quid hoc, cogitas,  
 Præclarissime GUTZMERE? Scilicet illa Halophantarum calu-  
 mniandi malignitas jam diu etiam in tenellulos lusos meos intentavit  
 morsum; Adeò sollicitamur ultra infelices, & Midam formidat  
 proletarius Agrippas, & ad minas Tripudiantis intrepidat, atq; verè il-  
 le, non



le, non tēmerarium est, dixit, si divēs benignē appellat pauperem. Non  
visti, quā non pridem in me injuriosē, eruperit impudentissimus (ut  
illum DI bonis ejiciant) Glossographus Thraconicā Blanditiā Verbo-  
sus; Illi ego omni in vita non foedāram latices, nedum nobilissimo  
adhaerens, cui nimium hic homo supparasitatus, multis in tam illustri  
atque veneranda familia carminibus meis antehac devotus, nulli un-  
quam gravis: Minimē omnium verō ignobili scripto meo illuseram  
in Apriles hymenaeos, nisi quod suspicio orta ob voculam intermix-  
tam, eamque tertia in correctione demum pro narratorem connexu  
ex transmissio Epithalamio fortuitā atque innoxia contrectatione tran-  
sumptam. Ita caelo teste vera refero & ex autographo constabilien-  
da; secus culpam capite meo deprecaturus. Absit tamen, absit, tam  
me artis poēticae poenitere, ut me seriā obtestatione pietris atque luffi-  
bus abdicārim planē, nec ludam aliquando Epigrammate in ipsam  
fabulae auctorem; Videlicet, cum haec de jurarem, captus eram amo-  
re dominae, cui jus audiebam domum plus à procis, quā Car-  
thaginem à Scipionibus, obsessam; Et quid multis? Juppiter  
omnipotens perjuriam novit amantūm, & jubet Aëlios irrita ferre no-  
tos. Redeo ad te, GUTZMERE Consultissime, Tu bene cum Paulo in  
*l. 19. ff. ad exhib. scis*, quā funesta res sit, calumniari scripturam, at-  
que verba captare, nec, quā mente quid dictum, animadvertere;  
quamque nefas, damnare ex sola praesumptione (quamvis vehemen-  
ti, ut Innocent. in *c. 14. X. de praesumpt.*) & insulsiſſimo saltu atque  
Tripudio insultare Civem non auditum, contra quā Ecclesiasticus  
*c. 19.* ait, & Apostolus *Rom 14. Et c. necesse est 3. q. 9.* Ita jure meritoque;  
Jctus audis, cui hoc maximē profiteri convenit Neminem laedere.  
Non haec tibi pecuniae nomine subblandior aut nuptialem bolum ca-  
piito, neque enim sum Gnatho Tam Belle Vulpinans, nec tam aere nu-  
cus, quin ipse communicare Gannienti Tam Blanditer Vulpeculae pos-  
sem pollucibiliter. Nimirum laude meā non indiges, dudum propria  
virtute mirabilis & famā soceri atque parentis (quibus sit fera incolumi-  
tas) illustratus, jamque gloriam implevisti, quantamcunque cape-  
re tam eruditi animi possunt; Inde victor hodie abis & triumphas,  
dum non aliquam ex vulgo, sed inexpugnabilem haecenus Deam op-  
pugnasti; Nec verō saltas aut Tripudias ut miles coronatus in obsidio-  
ne ob manubias bellicas; namque non ita Tua à te, ut Carthago à Sci-  
pionibus, occupata; neque etiam tu Scipio aliquis aut illa Carthago;  
Et qualis obsidium inter & ambitum Uxoris convenientia? Uti que  
non



non per cuniculos rem orsus es, vel auri sacra fame inductus, vel quod  
 torques aut gemmas, & quæ præterea circa illam sunt, divitias spe-  
 ctaris, sed eximiâ pulchritudine formæ ejus, tum virginali verecundiâ,  
 incitatus, & quod toto die lino deditam inter operantes ancillas in me-  
 dio ædium inveneris. Hæc illa tot in tuam Cajam competitorum cau-  
 sa! Crediderim, non tam Lucretiam à Tarquiniis, quam illam nunc  
 Tuam & animi & fortunæ bonis ornatissimam AGNETAM SOPHIAM à  
 procis adoratam. Equidem est ornata satis, & ad miraculum ornata,  
 sed an omnium virtutum genere? Hic animi tecum pendeo. Quod  
 si enim Zeuxes Helenam picturus omnes pulchritudinis articulos puel-  
 la in una non invenit, sed quinque in millenis venustiores excerpens  
 ex singulis parti destinavit, quanto difficilius tu in una omnium virtu-  
 tum genera? Nec mirum tamen, habuisse etiam Clarissimos parany-  
 phos & admiratores alios. Ego vilior, & titulo non gaudens,  
 alioquin Poëta honoratum satis laudatumque nomen (velut  
 Immanis antilogia de me Gravissimi Bullatissimi que *Titulatissimi*  
 Viri refert) humilimâ veneratione suspexi tantam Nympham, nun-  
 quam solicator ambitore ejus, neutiquam istius, quam tot blandi-  
 mentis & phaleratorum titulorum sarcinis molestissimus Schedogra-  
 phus obruit; quicquid in adversum Garriat Boetique Thraſonicetque  
 Vituperator, eâ libertate calamus in me stringens, quâ non Cicerones  
 neque Varrones usi. Inquit, ha ha he! nequissime me amatam mo-  
 ribus & amoribus meis inducere ac consequi, de qua paulo antè longè  
 aliter: Verba hæc sunt: si vel maxime ipsa prius, malevolon-  
 rum svasionibus inducta, renuat, quæ alioqui prius NB. an-  
 nuerat, felicitati tamē id tuæ tribuas, quisquis id experiris:  
 Veriora & certiora quam si vel ex Apollinis tripode profecta, aut Si-  
 byllarum in foliis inventa essent. Conciliet Antagonista locos, & erit  
 mihi magnus Daphnis, inq; Amatorum concilio obtinebit *apocrypha*  
 & majestatem Dictatoriam, & Phyllida solus habebit. Egregium est,  
 quod ait: Neque etiam olim semper & ubique principem  
 fuisse de virtute sermonem, ita ut de opibus quasi joco po-  
 stre mò fuerit quæsitum, Poetæ illud testatur

O Cives Cives, quærenda pecunia primum  
 Virtus post nummos.

Hic verò argute & acu rem tetigit amussitate scientiæ Philologus!

Ad



Ad Crislin admissi risum teneatis amici: Nescit figurâs tropicâs, & quod  
 Poëta ironicâ mimesi interpellârit ipse dicta sua dictis mercatorum &  
 fœnerantium, atq; tam figuratè tamen tripudiat rhetorissatq; ut saltu  
 semel salebroso & periculoso saltaverit super Grammaticam. Illud imp  
 pendio ridiculum, quod adducta mihi similia calumniatur, quasi verò  
 iisdem quoq; usi non sint alii sapientiores, planè mediocritatem abun  
 dantiæ anteferentes mecum, scientesque insimul, non perpetim & ubi  
 que voragine aqvarum absorberi nimis oneratam navem, inque ma  
 trimoniis jungendis multa præter contrahentium personas considera  
 ri debere, und daß Freyen kein Pserde-Kauff sey. Vah! quantum acu  
 men viri! Notumne etiam proverbium omne simile claudicat? &  
 nullum simile tam simile simili est, ut idem cum simili sit? O fecun  
 dum proverbiorum & exquisitissimum Criticum! qui non signorat, ole  
 re longè aliter catulos longè aliterq; sues! Quid porro? antiqvâ Ger  
 manorum lege dotem maribus imperatam, audio, mihi, stanre illâ,  
 difficile nupturam aliquam; papæ, hoc emphaticum octavi sapientum  
 argumentum. Etiam lex olim Tarentinis usitatissima fuit, ut nul  
 lam, præter arma, acciperent filii à parentibus hereditatem; Quod si  
 ergò utrisq; veterum sanctionibus hodiernum esset standû, nec fortuna  
 ex lubricine magis, quàm ex æquo, opes dispensaret, quis, amabò, me in  
 ter & hoc nummi mancipium meliori usus sorte? cum ego dotare mu  
 lierem vel sexcentis mille elegis, si totidem non imperialibus, possem, &  
 sic nancisci dotatâ, exemplo Homeri, quem Cypria sua carmina dedisse  
 filiæ in dotem, ajunt, propter inopiam; & ejus apud Comicum, qui  
 ex artis & Genii sui foetu sexcentos logos dedit: Ille prorsus non pos  
 set sannio, dum nec carmina tenet ulla, nec fabellas, nunquam,  
 ceu ipse fatetur, lusibus hisce delectatus aut instar Poëtæ me  
 ritus, neq; etiam armatæ, reor, aut togatæ militiæ occasione castren  
 se, vel quasi, conquisivit peculium; Itaque, aut inediâ consumi eum,  
 oporteret, aut de vento vel aëre saginari ad instar lupi vel acipenseris,  
 aut compitali collectâ propulsare famem precariumque spiritum tristi  
 mendicite producere. Enim verò de divite indigentem fieri, & exina  
 nire semet ipsum studiorum causâ, & à levissimis hominibus injurias  
 sine culpa perferre, haud novum aut insolens est, velut Imperator Fri  
 dericus refert in famosissima *Aurbenica C. ne fil. pro pat.* Nec de ge  
 nere malorum indigentia, sed bonæ mentis & verè Philosophantium  
 soror, atq; inter privilegii consequendi causas à Jctis posita, in quam  
 saltua.



saluatim ille (quis crederet) tam ridiculâ erudelitâ invehitur, veram nihilominus non simulatam Philosophiam profitens. Mirarer proterviam fabulantis vehementius, nisi seculi novissem mores; Hodie enim sic, atque hic Rostochi ita. Tempori pergit ille, non raro inserviendum & loco est. Sanè si jam olim ditissimus quisque; criminatus humilitatem inopiâmq; Regis Abdolomini, jam tum regiam supellectilem & omnem fortunam in potestate habentis, quid non mihi hoc tempore subjectorum infimo acciderit? sique ille intentus operi diurno & suburbanum hortum exiguâ colens stipe non curavit regnum, ecquid ego summum Heliconæ colens atque pretiosissimarum Musarum commercio liberrimâ libertate mixtus æstimarem multum aut concupiscerem divitias?

Turpius ejicitur quàm non admittitur hospes.

Rari sunt & valde incerti divitibus tramites, qui ducunt ad desiderabile æternitatis sudum! Nempe, ut non refert, auro quis an pice obductâ navi portum & hospitalitos lares indipiscatur, dum indipiscatur modò, ita nec sollicitor ego fortunæ causâ, & quo cœlos cultu salutem, dum modò salutem & salute fruor; Hic etiam, dum existimatio integra est, compendio, quod jure competeat, injuria turbato, facile infelicitatem honestas consolatur, ac sublestæ facultatis epitimia desiderio sufficit. Et quid in facultates meas ille, adeo Dei gratiâ non tenues, ut cum Neratio oblectare genium in homine & litem viginti quinque assibus redimere quirem aliquoties, si liceret, nec 12. tab. jus abiisset in desuetudinem? Adde, quod leges, quarum & ego alumnus, neminem tam tenuiter vivere permittant, adeoque hic præcipue ille falsum dixerit, sui ipsius & novellæ primæ nescius. Discat cavillator exemplis, felicem nullum ante obitum; nec posse sciri, quid sera vespera vehat; tolli homines opibus ad culmina rerum, ut lapsu graviore ruant; & quid diviti pater Abraham responderit, *Luc. 16.* evolvat. Quid tandem subtilissimus Commentator & Morosophus in antiquos mores, tum, mihi de juvene Socia & venusta & divite maximeque; proba & liberali fata providisse, velle se ab exitu doceri? Nonne audivit antiquum illud, moribus antiquis res stat Romana, virisque? Jurârim, ad Cupidineas beatitates quod attinet, quisquis me tam temere scarabeus pungit, non gaudere, nec gavisurum amoribus illo juventutis & venustatis & probitatis & liberalitatis & sufficientissimæ opulentis luxu, quo gavisus ego sum gauderemque; adhuc, si non interpellâs:



pellâssent destinationes meas, quos secundare illas decuerat favore  
 sanguinis, suorum heredum & mortalitatis intuitu, cæci animis homi-  
 nes, salvi omnia cetera, & Argi. Crede mihi, quidquid de me malè  
 sinus auctor somniet, GUTZMERE. optime, hanc esse rerum faciem  
 mearum, ut gratiam parentibus habeam, semel (quod recordor) ad  
 ferales arcas sepôstam, nullo dierum intermorituram, jam fastigio Paro-  
 nassi propior, qualiter modestè memoro, & in illo gradu, cui nunquam  
 fortè aut difficilè admovebunt liberos, quicumq; honestissimorum &  
 optimè de se meritorum parentum in manes aliter animati, putantes,  
 fortuito sese natos, omniaq; à se ipsis habere, & pari etiam rerum re-  
 dundantiâ luxuraturam prolem. Sed quorsum, GUTZMERE Am-  
 plissime? Securum te inveniatarum! securum! qui simul inopiæ secu-  
 rus es, neq; illam cum opulentia commutas! Cave autem indigesto  
 per acervos auro confidens, non te in incerto pelago sed in por-  
 tu securo versari, dixeris. Ubinam certitudo est vitæ mortalium?  
 Neq; leo semper prædâ vescitur, sed & ipsum, quamvis robustum, ine-  
 luctabilis calamitas apprehendit. Neutrobi hac in mortalitate stabile  
 stabulum, nullibi tutum litus. Fallitur, quisquis aliter docet, & tam  
 sacrilego atq; pudendo effato prodit mundi hujus & sui ipsius igno-  
 rantiam, iudicii, credo, vel rationis inops, adeoq; veniâ & commise-  
 ratione dignus, non enim intelligit, quid agit. Ego hercè, ut ut in  
 extremam humilitatem damnatus, pro portu porticum in connubio  
 amœnissimum *οὐκ εἰδὼς* habiturus sum, & ipsam Venerem, juve-  
 nem, venustam, divitem maximeq; probam & liberalem, secus quàm  
 ineptus atq; incompetentis iudex pronuntiavit. Scilicet, cum Uxor  
 mea statâ atq; uxoria formâ erit, modicè florida, modicè pulchra, mo-  
 dicè locuples, modicè proba & liberalis, & cetera modicè, supplebo  
 ego, quod deest, opinione meâ, & florentissimam & formosissimam &  
 pecuniosissimam, & pientissimam munificentissimamq; mihi persua-  
 debo ex eo, quod mihi maxime placet, imò talem ducam esse, quâ ele-  
 gantior & emendatior nulla ullo ævo terræ globû calcavit, tamq; illam  
 propter opinionem amabo, atq; Paris Helenam suam propter realem  
 pulchritudinem. Et quî deniq; aut ille aut alius sciunt, in quæ fata sim  
 genis? aut quàm specioso fœdere Amasiam fœderaturus? annon  
 consummatissimam Themida stipulaturus in sponsam, argumentu  
 ejus

Si qua voles aptè nubere, nube pari?

Etenim;



Etenim, & me quoque, crediderim, adorea dignaturum Apollinem  
honorum omnium dispensatorem, certatoq; certamine ultimo juga-  
tuum (sit procul arrogantia) Divam; modò tantus argenti cumulus  
cumulatus apud me esset, ut sufficere sumptuosissimæ Sociæ posset, nec  
in inutili egentibus gloria jejunæ vitæ supplicium pertimescerem;  
Arrigat nunc aures, & studeat cautiùs mercari, nec ante victoriam  
triumphum canat aut tripudiet, quisquis Gymnasticâ Triumphat  
Blasteratq; Voce; profectò si non vulpeculæ, cui me comparat, hæ-  
dulo tamen similis sua umbrâ sub sole tripudianti, aut sanè lepusculo,  
qui, cum inculari vulpeculam factioso à lupo conspicabatur, & ipse  
commenta in expedito habebat, & incessebat graviùs vulpeculam, &  
malè moratam clamitabat, moribus obsoletis & malè compositis.  
Ohe satis! hîc risu èrumpente elangveo & solutissimi cachinni intem-  
perantiâ confundor. Date veniam indepravati Cenlores, si justis sibi-  
lis & fremitibus reboavit animus incitatus atrocibus injuriis! Nihil  
Φίλον παρρησιότητιs instituto, vel ludificandi non ludificatos; Saltim  
respondere lacessitus debui, ne gloriari obtrectator possit, se me famæ  
prodigum ac desperatum mortuumq; quasi circum muros raptâsse, ut  
quondam exanimem raptaverat Hectora Achilles. Non oportere  
maledici, majorum ætate Flavius Vespasianus in causa injuriarum sta-  
tuit, remaledici civile fasq; esse. Hinc crudelem Augustinus in c. no-  
lo 12. q. 1. vocat, qui famam suam negligit; & Ulpianus in l. 19. ff. de  
oper. libert. §. 1. §. 11. si quod. p. imp. ignoscendum ei, inquit, qui vo-  
luit seulcisci provocatus. Valeat ille, quantus quantus, provocator;  
& provocet post hæc, in quos potestatem habet, suæ libidinis mancipia,  
teneros mittatq; Poetas, in quibus est Numen, qui Jovâ agitante ca-  
lescunt, bellaq; cum fiunt, hosti dant carmina bella. Sic & ego levi  
calamo, non calce levato, hodie tripudio. Et tu ignosce, GUTZMERE  
honoratissime; Jò vade in pace nove nupte, & tripudia. Quæ res be-  
ne vortat tibi, & Tuæ, & ventri Tuæ, Imò Hymen tuus & meum hy-  
menæum perpetuale tibi sint oblectamentum & invidis perenne tor-  
um. Jò nunc tripudia & saltus!

f.  
**GEORG Amsel**  
Rost, Meg.

•••(•)•••



pellissent destinationes meas, quos secundare illi  
sanguinis, suorum heredum & mortalitatis intuitu,  
nes, salvi omnia cetera, & Argi. Crede mihi, quod  
sinus auctor somniet, GUTZMERE. optime, hanc  
mearum, ut gratiam parentibus habeam, semel  
ferales arcas sepòstam, nullo dierum intermorrura  
nassi propior, qualiter modestè memoro, & in illo g  
forte aut difficile admovebunt liberos, quicunq;  
optimè de te meritorum parentum in manes aliter  
fortuito sese natos, omniaq; à se ipsis habere, & pe  
dundantià luxuraturam prolem. Sed quorsum,  
plissime? Securum te inveciviarum! securum! qu  
rus es, neq; illam cum opulencia commutas! Ca  
per acervos auro confidens, non te in incerto po  
tu securo versari, dixeris. Ubinam certitudo  
Neq; leo semper prædâ vescitur, sed & ipsum, qu  
luctabilis calamitas apprehendit. Neutrobi hac in  
stabilium, nullibi tutum litus. Fallitur, quis quis a  
sacrilego atq; pudendo effato prodit mundi hujus  
rantiam, iudicii, credo, vel rationis inops, adeoq;  
ratione dignus, non enim intelligit, quid agit.  
extremam humilitatem damnatus, pro portu po  
amoenissimum *oēs dīdōvī* habiturus sum, & ip  
nem, venustam, divitem maximeq; probam & lib  
ineptus atq; incompetens iudex pronuntiavit.  
mea statâ atq; uxoria formâ erit, modicè florida, m  
dicè locuples, modicè proba & liberalis, & ceter  
ego, quod deest, opinione meâ, & florentissimam  
pecuniosissimam, & pientissimam munificentissim  
debo ex eo, quod mihi maximè placet, imò talem  
gantior & emendatior nulla ullo ævo terræ globi  
propter opinionem amabo, atq; Paris Helenam s  
pulchritudinem. Et qui deniq; aut ille aut alius  
genitus? aut quàm specioso fædere Amasiam  
consummatissimam Themida stipulaturus in sp  
eju

Si qua voles aptè nubere, nu



vore  
omi-  
nale  
ciera  
) ad  
Par  
quam  
&  
ntes,  
n re-  
Am  
seco-  
gesto  
oor-  
um?  
ine-  
abile  
tam  
igno-  
mife-  
ut in  
ubio  
juve-  
qvàm  
Uxor  
, mo-  
plebo  
am &  
ersva-  
à ele-  
illam  
calem  
ta sim  
nnon  
cento

him,